

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Pontani De Immanitate

Pontano, Giovanni Gioviano

[S.l.], 1519

De immanitate in quam inciditur in diripiendis vrbibus

[urn:nbn:de:bsz:31-270824](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-270824)

isse cadaueri: hoc nullius quidem est feræ: nisi tantum hominis: ac nefarij hominis: feras ipsas etiam supergressi.

SCHOLIA.

Cladem Cannensem. Cannæ ignobilis Apuliæ vicus magnitudine cladis emerfit. Hic cæsa leguntur Romanorum quadragintaquinque milia, Cæsus est & Paulus Æmilius vir eximius, vna cum senatoribus nonaginta, consularibus atque prætorijs, aut ædilitijs, triginta. Autor Titus Liuius. Obseruatum est apud Aulum Gellium cap. 17. & apud Macrobium primo satur. Hanc cladem Romanis illatam ante diem quartarum nonarum Sextilium.

Cannæ

Aulus
Gellius.
Macrobius.

Liuius

Sunt qui tradunt, Liuius lib. 2. secundi punici sic scribit. Iacebant tot Romanorum milia, pedites & equites passim, vt quem cuique fors aut pugna iunxerat, aut fuga, assurgentes quidam ex strage media cruenti, quos stricte matutino tempore excitauerant vulnera ab hoste oppressi sunt &c. Cladis huius meminere Poly. lib. 5. Valerius cap. 1. & 2. primi. cap. 2. re. 2. secundi, cap. 4. tertij, cap. 6. quarti, cap. 4. & 6. septimi. Plinius cap. 8. quinti & decimi naturalis. August. pluribus in locis ciuitatis diuinæ, Silius in toto. 9. & 10. Frontin. cap. 2. secundi, & plures alij.

Scriptores
cladis Cannensis.

Polibius,
Valerius
Plinius
Augusti.
Silius
Frontin⁹

De immanitate in quam inciditur in diripiendis vrbibus

Direptiones ipsæ vrbium ac populorum: præcipuam ad omnem immanitatem materiam exhibent: in polluendis templis: in violandis sacris: in corrumpendis tum puellis: tum pueris impuberibus: in cædendis senibus: sexuque imbecillo. Vt direptiones ipsæ (quod dictum est) aditum ad omne immanitatis genus faciāt.

g iij